

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0153

LOG Titel: De Psittaco Leucocephalo. Cap. VIII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE PSITTACO POIKILORINCHO.

Cap. VI.



PSITTACVS hic, cuius iconem proximè subiijcimus, inter mediocres magnitudine facillè principatum obtinet. Est enim longus duos dodrantes, non Gallina minor. Dono mihi datus fuit à nobili S. Stephani equite Florentino dicto Bans, & anatomie subiectus, qui certè non vulgarij rerù, vt in generali tractatu demonstrauimus, materiam nobis præbuit. Longus erat ab extremo rostrò ad vltimam caudam binos, vti dictum est, dodrantes. Rostrum superius in superiori parte ex viridi ad cæruleum, ad latera colore ochræ, in cuius extremitate macula transversalis candida percurrebat: inferius rostrum circumcirca coloris plumbei, in medio lutescentis. Vertice plumulis, aureis, seu luteis ornatus. Cætero pleròq; corpore virefcebat, dorso obscurius dilutiùs pectore & ventre, interlucente luteo, radicibus vbiq; cinereis. Remiges parte exteriori, ventrem versus, initio virides, paulatim in colorem subcæruleum, seu amethystinum, purpureum vè potiùs terminabantur, nigra cætera. Secundæ in ordine longissimæ totæ luteæ erant. Quæ medijs fermè alis conspiciébantur, ad principium latere exteriori, quoq; ventrem respicit, primùm viridi, dehinc miniaeco obscuro, inde viridi, postremùm apice ipso partim violaceo, partim nigro vicissim variabant. Cauda duodenis instructa pennis, quarum quæ è latere sunt, vtrinq; quaternæ, qua enascuntur, initio sui primùm virides erant latere exteriori, luteæ interior inde rubeo, coccineove colore, tertio ordine denuo viridi, postremo luteo variegatæ. Reliquæ quatuor mediæ totæ virides, at sine sui nõnihil lutei habebant. Pedes plumbei, quarerni digiti, bini antè, retrò totidem, vt in Picis Martijs, interiores quidem exterioribus multò breuiores. Vngues, vt rapacibus, adunci Tibiæ breuissimæ, nempe inter poplites & talos, digitum longæ, sed crassiusculæ. Iconem habes pag. 671.

Magnitudo.
Rostrum.

Vertex.
Color corporis.

Cauda.

Pedes.

DE PSITTACO VIRIDI.

Melanorincho. Cap. VII.

Magnitudo
Rostrum.
Oculi:
Color totius corporis.



LIVD reperitur Psittacorum genus mediocris magnitudinis, quod à rostrò nigro tanquam à præcipua nota cognominare licet. Longus est hic dodrantem & palmum. Rostrò, vt reliqui, crasso, at nigro toto. Ad rostrum initium in vertice, & sub gula color cæruleus ad viridem tendit. Oculi iris croceo saturo, pupilla nigra Caput reliquum & pectus lutea sunt. Venter inter luteum, & viride ambit, quemadmodum & cauda superior. Collum, dorsumq; totum cum alis virore pleno tinguntur, adeò ut penè totus viret, nisi costa alæ, quæ corpori adnectitur, extrema coccineo ruberet, dehinc penna in extremis alis, quæ ventrem spectant, sequerentur nigra, remigum deniq; ruberet extrema. Præter hæc & uropygium inferius coccineo rubore tinctum est. Pedes fulci. Vngues nonnihil adunci, nigri. Hunc Psittacum viridè melanorincho à rostrò nigre dicitur appellare libet. Palmum cauda plus minus longa est. Huius Psittaci Iconem habes pag. 672.

DE PSITTACO LEVCOCEPHALO.

Cap. VIII.



PSITTACVS Leucocephalus à potissima nota dicitur hic, quem ab Illustrissimo Rodolpho de Isolanis Senatore nostrè vrbs amplissimo dono accepit. Dodrantem & digitum unum longus est. Rostrum duos digitos crassum, album: & pars capitis rostrò continua item alba. Oculi pupilla nigra, iris ferruginea. Vertex & frons, quæ alben, maculis nigris variegata sunt. Occiput, collum, dorsum, alæ, uropygium superum obscuro ac pleno virore tinguntur. Gula & alarù costa supra prima rubore cinnabario. Pectus ac femora virent denuo. Pars venteris inter femora & pectus interiecta fusco subrubido, aut eo colore, quem pictorum vulgus terrè umbræ

Magnitudo
Rostrum.
Oculi.
Color totius corporis

Pfittacus Poikilorinchos.



Pfittacus viridis melanorinchos:

vocat, insignitur. Alarum latera pennas quaidam, quæ remiges tegunt, easq. extremas cæulas habent, albo tamen nonnihil admixto. Venter postremus, propterygio proximus lutescit. Cauda medio rubra, ad latera rubro, & luteo, inde cæruleo variegata est. Pennæ penè omnes extremo apice nonnihil nigrescunt, cætera virides sunt. Tibiæ, & pedes cinerei. Possit certe hic idè ob multiplicem colorum varietatem Psittacus ποικίλος, id est, verticolor appellari. Est enim coloribus non paucioribus quàm septem distinctus, quorum tamen præcipuus est viridis.

Alæ.
Venter.
Cauda.
Pedes.

Psittacus Leucocephalos.



Psittacus versicolor, siue Erythrocyanos.

